

proxime supra sermonem habitum de Platone sic adiecit: Aristoteles Platonis discipulus, vir excellentis ingenij & eloquij, Platoni quidem impar, sed multos facilè superans. At si Commentatorem eius, Auerroim audire velimus, iuratus testis, vbi res exigat firmabit, naturam in hoc viro fecisse potentiaè extremum, comparantemque sibi quempiam ridebit: Ego utrosque audiens silebo, & si loqui cogar, dicam illud pastorum carmen:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

SOCRATES.

Peruertit ordinem temporum, maiestas rerum, primus omnium Socrates humanam doctrinam, singulari studio complexus, Philosophiam vsque ad eum diem, circa stellarum cursus & cœli dimensiones variis ambagibus hësitantem, in terras attraxit, & in yrbibus atque intimis mortalium præcordiis propagauit. Incipiens de animorum morbis ac motibus, remediisque & virtutibus tractare, moralis primus artifex (vt ait Valerius) vitaè Magister optimus.

DI.